



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Annus Cisterciensis

In quo Pia, Et Brevi Apostrophe proponuntur Veneranda, & Imitanda Gesta
præcipua, & eximiæ Virtutes Sanctorum ac Beatorum utriusque sexûs
Ejusdem Sacri, Et Ab Origine Sua Exempti Ordinis

Meglinger, Joseph

[S.l.], Anno MDCLXXXIII.

1. Novembris. Calendæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-45314



ANNI
CISTERCIENSIS
NOVEMBER.

I. Novembris. Calende.



ANCTI, ac Beati
Cistercienses, quorum
gloriosam hodierna
die memoriam, unà
cum reliquo Electro-
rum cætu orbis ortho-
doxus ritu solenni veneratur: Vos præ-
sertim athletæ Clarævallenses, quo-
rum venerandas exuvias, tanquam su-
a charissima viscera, è terræ visceribus
reassumpta, sanctissimus vester in spi-
ritu parens BERNARDUS hac ipsa
luce, anno salutis 1140. è veteri Mona-
sterio ad novam Basilicam transtulit:
Vos, inquam, quanta possum animi
demissione supplex accedo: atque in-
primis gloriæ & felicitati vestræ im-
mortali aggratulor, quam vitæ inno-
centia,

centia, & puro in DEUM amore meruistis. Deinde me totum patrocinio vestro commendo; in sinum misericordiae vestrae effundo miseras meas: opem à vobis efflagito inter pugnas cum hostibus animae meae, quos generosè vicistis. Adeste periclitanti invicto robore vestro, praesertim mihi à Clementia Divina felicem mortis horam impetrate.

Florui. B. SPINELA monasterii de Arauca Monialis, quae nobilissimo spiritu
anno tum ex profapia tum gratia superna
1240. hausto, quasi quibusdam pennis, ad

Contem- sublimissima coeli mysteria evolabas:
platio- suavi pietatis sensu nunc perpendens
ni reru effusam in genus humanum DEI Bo-
divina- nitatem, quae Electos tenerrimè am-
rum plexatur: nunc admirans inexhaustam
vacat. ejus longanimitatem, quae scelerato-
rum poenitentiam non expectat so-
lummodò, sed & multis beneficiis ad


Ange- sui amorem invitat. Coelestem hanc
lis can- fuisse vivendi rationem comprobavit
tantib⁹ Angelicus in obitu tuo cantus à mul-
obit. tis auditus: & in felici patria te grati-
osam esse, sentiunt vicini populi, qui
in hodiernum usque diem ad sepul-
chrum tuum divina munera impe-
trant. *Impetra & mihi, quae tu tam e-*
gregiè imbuta fueras, contemplationem

rerum cœlestium. Si enim in Deo summam
clementiam seriò perpendam, fieri non po-
test, quin amem infinitum illud Bonum:
Si justitiam strictissimam, orietur in me
sanctus ille timor Domini, qui est iniius
sapientiæ.

S. BERNARDUS, ser. 3. de Annunc.

Quàm dives es in misericordia, quàm
magnificus in justitia, in gratia quàm
munificus, Domine Deus noster! Non
est, qui similis sit tibi, munerator co-
piofissime, remunerator equissime, pi-
issime liberator. Gratis respicis hu-
miles, justè judicas innocentes, mise-
ricorditer etiam salvas peccatores.

Mirabi-
lis boni-
tas DEI
in ge-
nus hu-
manū.



2. Novembris. 4. Nonas.

B. BERNARDE Cathalane, sacrae Floruit
militiæ de Calatrava genere & pi- anno
etate Eques insignis: qui negotiis ter- 1606.
renis tibi ex officio incumbentibus non
aliter invigilabas, quàm ut sinè inter-
missione in cœlo mens defixa hæreret.
Quo affectu Augustissimam cœli Im-
peratricem colueris, etiam posteros ig- Maria
norare noluisti, dum publico Instru- se man-
mento te perpetuo ejus obsequio man- cipat.
cipasti. Ejusdem amore summam ad-
hibuisti